



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis  
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate  
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.D.XXI. Sancti Patris Benedicti. M.XLI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

Laudatissi-  
ma pacien-  
tia.

Qualiter  
se solare-  
tur.

Nostri no-  
vum Or-  
bem deme-  
rentur.

Ultra socios  
sibi adju-  
gant.

giolis pericula, similis sibi perpetuo instar Job sancti, fuit, imo reapte Jobam egit, non minore apud prudentes exempli gloria, quam meritis & gratia apud Numen, stupentibus super constantia viri & generositate, qui reppererant, universis, cum pecoribus omnibus abactis, & decem una eademque die villis per summam injuriam ab jurato Religiosorum hoste absumptis igne & in cineres redactis, sibi constans semper, nihil omnino, ne verborum quidem in adversarium retorqueret, & in hac Jobi sola atque unica erumpere consuevit: *Tribulaver, si miserem, misericordias tuas Domine &c.* quae ipsissima sibi semper solatio fuisse incredibile in omni tribulationum tempestate serio affirmavit, & suo, moriturus, in sculpi sepulchrali lapide iussit, quod hoc ipso, altero post obitum anno, amantissimi tanti patris Canobita filij fecerunt. *Ex Monumentis ejusdem Canobij.*

In novi Orbis cultura & cultu rerum strenue satagunt Vallisoletanæ & Montserratensis Congregationis Asectæ, pulcherrimo juxta, charitatis exemplo, cum sese in tantos tam amplii terrarum spatij labores sufficere non adverterent, & Dominicani & Franciscani Ordinis, sed & ex clericorum votis Religionis non adstrictorum ordine, ultro & sponte non solum admittentes & invitantes quam plurimos, qui secum in agri Domini laboribus defudarent, quibus cum pacifice onera partiti, nulla cujusquam invidia seu contestatione, eosdem Benedictina etiam liberalitate, & mensa dignati, & pro subsidio remunerati, in plurium deinceps sacrarum ædium & Monasteriorum structione, manus & opes auxiliares præbuere, tanta sua de universis merita de industria, occultentes, contenti animarum salutis, Numinis honori consuluisse, nec suis solummodo, sed in tot millium usque hodie laboribus & manibus cælos demeruisse. *Ex diversis rerum Hispan. Scriptoribus.*

ÆSU CHRISTI ANNUS M. D. XXI.  
Sancti Patris Benedicti. M. XLI.

B. Catharina  
Mediolanensis.

**R** Ediviva in Redivivo Benedicto Catharina Senensis, Gemella & altera ipsa Catharina Mediolanensis

est, Maria inquam Catharina Brugora, electa ab ipsa infantia, imo in utero Matris ad Virginum sponsi favores singulares, ad singularia in ipsa comprobanda, gratiarum charismata. Cui sub hoc ipsum tempus, uti Catharina illi, sua mirabili modo communicare stygmata visus est, & quod ad gratia cumulum, puncturas omnes coronæ suæ spineæ tam charo sibi capiti Virginis infligere, quæ humillima Virgo nefas cuiquam aperire quam per obedientiam conjurata Abbatissa tuæ & arbitro conscientia, censuit, cum, hoc gratia, intensissimo Meditationis studio & Dominicae passionis consideratione, cum inolerabili sibi compassione comparasset, & quasi meruisset, ipsa Regis ac Reginae Martyrum admirabile exemplar facta, spectaculum Angelis jucundissimum, in tantis ipsa doloribus, in effusissimas tota exhausta gratiarum actiones. Et hi quidem, etsi tanti dolores, solatium juxta habuere, utpote summa charitatis a sponso pignora. Dolores alij intolerabiles & immedicabiles, imo quasi infernales, cum tenerrima dilectionis Virgo in considerationem offensarum Dei quotidianarum, & peccati mortalis descenderet, & sæculi tanto pere corrupti scelera expenderet, exanimari statim visa, & exanimata revera esset, nisi is qui dilectæ suæ tantum peccati honorem, & condolentiam infudisset, idem sibi tam charam, ad majorum incrementa meritum, servasset, & inter castos amplexus adeo digne exanimem servasset & animasset. Tantum hominis miraculum etiam perditissimo huic sæculo numen beneficum dedit, & Benedictum Archiducem nostrum & communem patrem in hac filia tanto post honoravit, atque conatus Ordinis & Reformationem concitavit. *Ex Vita per Franciscum Rugerium.*

Ipsa hoc anno miris incrementis sanctissima Montis Coronæ Congregatio augetur, sanctitatis scilicet novorum Christi militum odore commotis certatim hinc inde confluentibus mortalibus, & vitæ solidos fontes consecrantibus, atque Religiosa disciplina consortium efflagitantibus, quos inter genere & eruditione illustrissimi plurimi: ex quibus hoc ipso etiam

Sacris styg-  
matibus  
insignitur.

Ingenies  
ejus dolo-  
res.

Prodigiose  
in vita con-  
servatur.



etiam. anno Hieronymus Suedanus  
fuit, vir omni scientiarum genere cul-  
tissimus, & Medica in primis excellens  
arte, sacri Palatii sub Leone X. Pon-  
tificis Maximo Protophysicus, qui mul-  
to nobilior atque perfectior in cellu-  
la Monachica factus, mira exin san-  
ctitatis opera dum viveret ostendit.  
Excrevit vero in tantum, Luca Cam-  
aldulensi teste numerus Religio-  
rum vix natae Reformationis & Con-  
gregationis, ut neque locus eos cape-  
ret, neque alendis alimentis suffice-  
rent, nisi oportune jisdem Deus, nec  
sine miraculis subinde, per potentio-  
rum subsidia & pias largitiones sub-  
venisset. *Extendebatur quippe, idem  
ait, supra modum in audite rigiditate in-  
suetaque austeritatis vulgarum norma, &  
spiritalem progressum mirabantur omnes  
&c. Consulenda Romuliana, Montis Co-  
ronae libro 3. &c.* Et tantus quidem non  
solum, ab Oceano saeculi ad portum  
Religionis, sese Ordini nostro debet  
numerus, verum etiam multo major,  
perditissimis hisce temporibus, infol-  
entissimis tanti rigoris tantaeque di-  
sciplinae exemplis, à communi care-  
rorum secularium praecipitio & exi-  
tio praereptus, cum nemo haec audi-  
ens & intuens, non in admirationem,  
nisi dementissimae desperationis ho-  
mo, raperetur, plerique suae salutis  
effecti memores solidam acta poeniten-  
tia, ad meliora consilia converteren-  
tur.

IESU CHRISTI ANNUS. M.D. XXII.

Sancti Patris Benedicti M. XLII.

Obstrinxit hoc anno, aeterna fan-  
ne necessitudinis sanctissimae  
obligatione [ non aliter atque superius  
vidimus, ceteros omnes diversarum  
Regularum aeterno gratiae voluntatis  
debito devinctos Ordines ] Ordo nos-  
ter & laudatissima illa Ordinis Re-  
formatio & Congregatio Montferra-  
tensis, per sanctissimum novae Militiae  
Ducem Ignatium Loiolam, univer-  
sam laetullimorum Eiusdem filiorum  
Reverendorum Patrum Societatis Je-  
su sacram posteritatem, quem novum  
vitae Institutum meditantem, Nostri  
primum quam humanissimè excep-  
tum, consilio, auxilio & multis om-  
nino modis promptissimè & libera-  
lissimè juverunt atque in proposito  
confirmaverunt; adeoque post DEUM

Optimum Maximum, Ignatio praeci-  
pui Auctores fuerunt, ea, ad quae ab  
Numine impellebatur, absque mora  
seu trepidatione ulla, constantissime  
& evidentissimè exequendi: *Nam sub  
initia, [ ait ex diversis, cum Montfer-  
ratenium, tum Patrum Societ. scrip-  
toribus, Marcus Antonius Scipio no-  
ster ] sua Conversionis, votiva peregrina-  
tione ad Montem Serratium profectus, cum  
in ade tota Hispania praecipuo DEI praer-  
culla celeberrima, totum se DEO, quique  
sanctissime Parenti, tradidit in precibus  
nocte, devotissime, tum apud unum ex alum-  
nis Domini Benedicti, totius viae superioris  
noctae per sacram Confessionem triduo de-  
posuerat; multis etiam praesidijs instructus,  
non in praesens duntaxat ad avari expec-  
tationem ac medelam, sed ad eum sanctita-  
tis apicem, quo postea evasit, securus fa-  
ciliusque consensionum: Siquidem à Jo-  
anne Ciavon[ de cuius sanctitate superius ]  
eximia virtutis & innocentiae Canobita  
( cui de peccatis confeserat ) spiritualibus  
exercitijs diligenter exercitus est: ipsi  
ip[s]is, quae Garzias de Cifredo ( sive Cifre-  
ros ) admirande sanctitatis Abbas, &  
Monastica disciplina, non in ea tantum  
Domo, sed per omnem Hispaniam felicissi-  
mus instaurator, paulo ante concinnave-  
rat, quaeque jam inde ab anno millesimo  
quingentesimo typis divulgata, in Bibliotheca  
Casinensi aservantur. Fenatius itaque  
hominem nactus, qualem salutis ipsius ra-  
tiones requirebant, & ipse optabat maxi-  
mè, Joanni se totam aperuit, quae mente  
agitaret, quae designaret in posterum, de  
procuranda plurimorum salute, deque ge-  
nere vite huic rei accommodato, ac nomi-  
natim de suscipienda Ierosolymitana pere-  
grinatione, cum ea contulit omnia, aucto-  
ritate ipsius atque sententia stabilens, quid-  
quid deinceps admirabili studiosius actio-  
numque convenientia, ad obitum usque est  
exequutus. Quin etiam Manresae ( oppido  
tres circiter leucas à Religiosissima ade di-  
stanti ) subsistere aliquamdiu decrevit, un-  
de saepius & commodius, Montem Serra-  
tium repeteret, seu Virginis colenda studio,  
seu spiritualis Patris conveniendi necessi-  
tate promoveretur &c. De hisce primis  
eiusdem sanctissimi Viri apud nostros  
initijs, sic nos in Menologio nostro  
pridie Cal. Aug. ex eodem Marco An-  
tonio, monumentis Montferratens. Je-  
pessio, Caetano & alijs nostris: Romae  
Depositio S. Ignatii sive Enneconis*

Eiusdem  
conversionis.

Ven. Garzias  
de Cifredo.

S. Fenatius  
ab hoc in-  
stitutum.

Manresam  
se confert.

Menologi-  
um Bene-  
dicti.